Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



que est ermoenus. Non quodam
accepera. m. audiam profectus sum.
sequor autē si comprehendam in quo
et comprehensus sum a christo iesu
fratres mei. Ego me ipsum nō ar
bitror comprehendisse ad huc unū
autē que quidem retro sunt obliui
scens. ad ea uero que sunt priora ex
tendens me ipsum ad destinatum
persequar ad brauium supne uoca
tionis dei in christo iesu. Quicunq; ergo
perfecti sumus hoc sen
tiamus. et si quid aliter sapitis. et hoc
nobis deus reuelabit. Verumtamen
ad quem peruenimus in eadem ambulemus
et eadem permaneamus regula. Imi
tatores mei estote fratres. et obser
uate eos qui ita ambulant sicut ha
betis formam nostram. Multi enim
ambulant quos sepe dicebam uobis
nunc autem et flens dico inimicos cru
cis christi. Quorum finis est interi
tus. quorum deus uenter est. et gloria in con
fusione ipsorum qui terrena sapiunt.
Nostra autem conuersatio in celis est.
unde etiam saluatorem exspectamus
dominum nostrum iesum christum. Qui re
formabit corpus humilitatis nostre con
figuratum corpori claritatis sue. secun
dum operationem qua possit et
subicere sibi omnia. IIII
itaque fratres mei karissimi et desiderantissimi
gaudium meum et corona mea state
sic in domino karissimi. Euchodiam ro
go et sintichen deprecor idipsum sapere
in domino. Etiam rogo et te germane
compar adiuua illas que mecum
laborauerunt in euangelio cum clemē
te et ceteris adiutoribus meis quo
rum nomina sunt in libro uite. Gau
dete in domino semper iterum dico gau
dete. Modestia uestra nota sit omni
bus hominibus. Dominus in pe
ne est. Nichil solliciti sitis. sed in omni
oratione et obsecratione cum gratiarum
actione petitiones uestre innotescant
apud deum. Et pax dei que exsuperat
omnem sensum custodiat corda ua
et intelligentias uestras in christo ie
su domino nostro. De cetero fratres
quecunque sunt uera quecunque pudi
ca quecunque iusta quecunque
sancta quecunque amabilia quecunque
bone fame si qua uirtus si qua laus
disciplinę hec cogitate que et didi
stis et accepistis et audistis et uidistis
in me hec agite et deus pacis erit u
obiscum. Gauisus sum autem in domino
uehementer quoniam tandem aliquā
refloruistis pro me sentire sicut et sen
tiebatis. Non propter penuriam dico. Ego
autem didici in quibus sum sufficiens
esse. Scio et humiliari scio et habundare
ubique et in omnibus institutus sum
et saturari et esurire et habundare et pe
nuriam pati. omnia possum in eo qui
me confortat. Verumtamen bene
fecistis communicantes tribulationi mee.
Scitis autem et uos fratres philippenses.
quidem in principio euangelii quando
profectus sum a macedonia. quia nul
la mihi ecclia communicauit in ra
tione dandi et accipiendi nisi uos soli